



Per.
Lat
020

Latin ifjúsági folyóirat.

Lateinische Jugendzeitschrift.

Revue latine de la jeunesse.

Administrator (kiadóhivatal — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 142-215).

Moderator (szerkesztőség — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscripta mittantur: Josephus WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 263-634).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1938-39. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus (vulgo: chèque) aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

SUMMUS PONTIFEX PIUS XI.

(1857-1939.)

Catholici orbis terrarum maximo luctu affecti sunt: pater Matris Ecclesiae, Pius XI die 10 h. m. 81 annos natus, biduo ante, quam annus 17 gloriosi sui pontificatus expletus esset, mortem obiit. Non sine causa neque sine successu Summus Pontifex creatus hanc sibi sententiam: «Pax Christi in regno Christi!» elegit. Nam primum Mussolinio adiuvante cum regno Italico reconciliatus est a. 1929 et post 70 annos tum iterum rex et regina Italiae Summum Pontificem visendi causā in aedes Vaticanas venerunt. Pio XI auctore etiam «Actio Catholica» zelum (= industriam) religionis confirmandi causā instituta est. Primus Paparum allocutiones radiophonicas per omnes missores mundi habuit, ut homines ad vitam vere Christianam adhortaretur. Cum a. 1918-1921 a Benedicto XV in Poloniam Visitator apostolicus et Nun-



tius missus est, brevi adeo Polonos adamavit, ut libentissime se mortuum in Polonia sepeliri velle diceret. Etiam Hungariae amicus sincerus fuit. Budapestinum iam a. 1891 ut hospes noster advenit et cum postea praefectus bibliothecae praeclarissimae Ambrosianae (in urbe Mediolano sive Milano ubi natus erat) factus cum viris doctis patriae nostrae commercium epistolare haberet, a. 1913 ab Societate Philologorum Hungarica socius honorarius creatus est. Postea Romā Varsoviam profectus in itinere iterum Budapestinum adiit. Pius XI benignitatem clementiamque erga Hungariam demonstravit, cum concessit, ut Congressus Eucharisticus a. 1938 in memoriam S. Stephani regis a. 1038 mortui Budapestini haberetur, mitteretque Legatum suum Cardinalem a secretis status Paccelli. Cum Gubernator noster uxorque a. 1937 Romae

morantes Suam Sanctitatem adirent, Pius XI Governatorem Ordine Calcaris Aurei — supremo qui dari potest acatholicis Ordine (nam Nicolaus e nobilibus Horthy confessioni Helveticae addictus est) — uxorem autem eius catholicam rosario magnifico ex auro margaritisque facto donavit. Anno praeterito, cum bellum mundanum etiam illo, quod a. 1914—1918 gestum est, horribilius imminebat, Pius XI vitam suam Deo pro pace conservanda obtulit. Deus sacrificium accepisse videtur, quare speramus fore, ut bellum diu non oriatur. Sancte Pater, cui iam ante thronum Omnipotentis lux perpetua lucescit, «molliter ossa cubent!» Memoria tui nunquam exstinguitur!

LECTARIUS MINIMIS.

Jocosa.

Joca discipulorum gymnasii Academici Budap.

1. Fredericus parvulus bracis¹ optimis indutus reptat² deorsum per epimedium³ scalarum.³ «Frederice, quid facis?» — interrogat mater.

— Bracas pueris pauperibus — respondit ille.

2. Carolus, rex Galliae, admonet ducem Grammont, qui indulgebat⁴ maxime: «Cenam⁵ sollemnem,⁵ qui mihi ministrat, genibus⁶ nixus⁶ id facere debet.

— Oh, Domine, respondit dux, ego putabam de cena mala genibus nixus ille se excusare debet.

3. Franciscus cum matre quandam villam spectat ad secessum⁷ aestivum⁷ apta-ne sit. «Matercula, ubi est hic balneum?»⁸ interrogat.

— Haec villa nullum balneum habet.

— Ergo hic manebimus optime!

4. A.: Scio quoddam vocabulum longum. — B.: Dic ergo! — A.: Gumma. — B.: Istud non est vocabulum longum. — A.: Sed potest extendi! *

5. Joannes! Lagoena⁹ aquae vitae Conacensis¹⁰ ultimis diebus celeriter mihi vacuefieri¹¹ videtur. Scisne causam?

— Justissimam scio causam, Domine. Ante, scilicet, ego solus bibebam Conacum, ex quo autem tempore tu quoque bibis, nobis duobus ad idem tempus non sufficere,¹² manifestum¹³ est.

Thomas Gergely VI. cl.

6. Quodam die mensis Iunii filius: «Da mihi — inquit — matercula bracas¹⁴ hiemales.¹⁴

— Bracas hiemales aestate? Cur?

— Quia hodie accipiemus testimonium¹⁵ in schola, respondet ille.

7. Duo discipuli colloquuntur: «Et malitiosus¹⁶ erat morbus tuus?

— Quin¹⁷ etiam¹⁷! Ante tentamina¹⁸ iam sanus eram.

8. In urbe Quinqueecclesiis (= Pécs) hostis, cum urbem vacuefacere coactus¹⁹ est, etiam sellas scholarum secum portavit. Pueruli ergo in terra sedebant et cum dominus catecheta²⁰ unum ex iis interrogavit: «Cur sumus in terra?», — Quoniam hostis sellas omnes abripuit — respondit.

Adalbertus e comitibus Apponyi

9. In schola. Magister: Pueri! Audivistis iam terram rotundam esse. Intellexistis? Bene est. Dic ergo, Francisce, si incipis cavernam²¹ fodere²² et semper altius et altius fodis, ut in ulteriore parte evenias, quo pervenies? — In domum²³ mente²³ captorum²³, domine magister.

10. Poëta: Quid faciam? Si multā²⁴ nocte tenus²⁵ scribo, non possum dormire.

Amicus: Lege, quod descripsisti, et dormies.

11. Labor²⁶ divisus²⁶. Dominus domo erumpens, servo: «Obiice²⁷ fores²⁷, quam durissime, irascor vehementer!»

12. Medicus: Causa morbi tui vinolentia.²⁸ Aeger: Dic mihi, domine, nomen morbi Latine, ut uxori quoque dicere possim.

13. Mercator quidam, multos iam annos sedem²⁹ stabilem²⁹ habens²⁹, indignabundus³⁰ videt in domo vicina mercatorem novum et aemulum³¹ considere. Nihil moratur ergo et die proximā iam omnes hoc legere potuerunt in titulo³² tabernae: «Conditum triginta annis ante». At die postero titulus aemuli: «Conditum octo diebus ante. Nihil mercium³³ obsoletarum»³³ pronuntiavit urbi. Oscarus Stromszky

¹ nadrág = Hose = culotte ² csúszik = rutschen = glisser ³ lépcsőkarfa = Treppengeländer = barrière de l'escalier ⁴ kedvelt = Vorliebe haben = favoriser ⁵ ünnepi ebéd = Festmahl = banquet ⁶ térdenállva = knieend = à genoux ⁷ nyaralás = Sommerfrische = villégiature d'été ⁸ fürdőszoba = Badezimmer = salle de bain * nyújtható, meghosszabbítható = dehnbar = extensible ⁹ üveg = Flasche = bouteille ¹⁰ vulgo = Cognac, latine brevius = Conacum ¹¹ kiürülni = leer werden = se vider ¹² elegendő = es genügt = suffire ¹³ nyilvánvaló = offenbar = évident ¹⁴ téli nadrág = Winterhose = culotte d'hiver ¹⁵ bizonyítvány = Zeugnis = certificat ¹⁶ rosszindulatú = boshaft = maligne ¹⁷ sőt = ja noch mehr = et même ¹⁸ vizsga = Prüfung = examen ¹⁹ kényszerült = wurde gezwungen = être contraint ²⁰ hitoktató = Katechet = professeur d'enseignement religieux ²¹ lyuk = Loch = trou ²² ásni = graben = creuser ²³ tébolyda = Irrenhaus = asile d'aliénés ²⁴ késő = spät = trop tard ²⁵ -ig = bis = jusqu'à ²⁶ munkamegosztás = Arbeitsteilung = division du travail ²⁷ ajtó = becsapni = die Tür zuschlagen = fermer la porte brusquement ²⁸ iszákosság = Trunksucht = ivrognerie ²⁹ megtelepedett = ansässig = s'établi ³⁰ bosszúságára = zu seinem Ärger = à son grand dépit ³¹ versenytárs = Konkurrent = concurrent ³² cégér = Schild = enseigne ³³ ócska áru = alte Ware = vieillerie

Joca discipulorum gymnasii Lucanensis (Helvetia).

1. Discipulus diligens: Pater, hodie primus fui, qui respondi magistro.

— Bene, et quid quaesivit ille?

— Quaesivit, quis fregisset vitrum fenestrae in ambulacris.¹

2. Pater: Quid studes? Filius: Lectionem geographiae. Pater: Recte! Dic nunc mihi, ubi est Helvetia? Filius: Helvetia est in pagina XXV.

3. Petrus utitur momento negligentiae convivarum et súmit ex fructuaria² lance² persicum.³ Avia⁴ illum videt et dicit severe: «Petre!»

¹ folyosó = Gang = corridor ² gyümölcsös tál = Obstschüssel = fruitier ³ őszibarack = Pfirsich = pêche ⁴ nagyanya = Grossmutter = grande-mère

Tunc Petrus blande :⁵ — Avia, volebam hunc fructum tibi dare.

4. A.: Quot⁶ annos⁶ natus⁶ es? — B.: Undetriginta. — A.: Quomodo ante duos annos dixisti

12. Magister tertiae classis dicit de initiis geometriae: «Punctum — inquit ille — est elementum simplicissimum. Ad²⁷ punctum signandum²⁷ omnes idonei sunt». Sed discipulus: «Non ita est!



Pittacia charitativa, quorum pretio 50% addita actioni «Hungarus pro [Hungaro] dictae impertitur. Pittaciorum singula haec repraesentant: 6 f.: natio luget Hungariam Septentrionalem a. 1920 ademptam, 10—20—30 f.: urbes Munkács Komárom (N. Horthy gubernator equo vehitur) Cassovia receptae, 40 f.: reditus laetabilis a. 1938.

te habere undetriginta annos? — B.: Haud dubio. Ego non sum ex illis, qui hodie unam rem affirmant et cras alteram.

5. Samuel contemplatur magna dulcia⁷ gelida,⁷ quae pater filio ēmit. Repente⁸ lacrimas profundit. «Quid accidit?» — rogat pater. «Dulcia gelida paulatim liquescunt»⁹ — respondit Samuel singultans.¹⁰ Pater: «Et ideo ea ede». «Sed tunc evanescent¹¹ omnino!»

6. Mater Paulum rogat, ut dicat, quomodo se gesserit in schola. «Non ita male, puer respondit, magistra dixit me esse discipulum improbissimum in hoc haemisphaerio (= dimidio globi terrae)»¹²

— Heu! id est maximum neglegentiae!

— Et cur mater? Est etiam alterum haemisphaerium!

7. Uxor hominis simplicis et boni mortua est repente. Maritus debet nuntiare eventum¹³ tristem filio suo, longe absenti, sed nolebat nuntiatione¹⁴ ferociter percutere eum. Cogitavit diu et denique scripsit: «Mater leviter aegrotat, cras mane¹⁵ efferetur (= sepelietur).

8. Professor dat unicuique libellum¹⁶ notarum.¹⁶ Leontius reportat e schola pessimas notas. «Indigne! clamat mater — Duo¹⁷ in lingua italica! duo in arithmetica!»¹⁸

— Oh! mater, sed sunt supra zero!»¹⁷

9. In classe secunda puerili magister: Quod igitur exposuerim, intellexistis? Videmus, utrum¹⁹ Marcellus attentus fuerit necne¹⁹. Solum homines, igitur, bipedes²⁰ sunt, vel etiam? . . .

Et Marcellus cito: . . . Etiam mulieres.

10. Duo discipuli vident mulierem obesam,²¹ quae conscendit eundem currum ultroneum (vulgo: autobus seu autocarrus), ubi sunt. Unus dicit leni voce amico: «Elephantes quoque currum ultroneum conscendunt». — Mulier audit et statim respondit: «Cur non? si asini iam conscenderunt».

11. Computatio²² probabilis.²² Marius: Ecce! Augusta Taurinorum (=Torino) distat Lucano 200 milia²³ passuum.²³ Rector birotae²⁴ se moventis proficiscitur Augustā Taurinorum magna cum velocitate; alter proficiscitur Lucano maiore cum velocitate. Scis, ubi ambo occurrant?²⁵ Carolus: Nescio. Marius: In nosocomio!»²⁶

Tum Laurus (lusoris²⁸ certaminis²⁸ pilaris²⁸ nomen) haberet nullum meritum».²⁹

⁵ hízelegve = sich einschmeichelnd = flattant ⁶ hány éves = wie alt = quel âge a-t-il ⁷ fagyhalt = Gefrorenes = glace ⁸ hírtelen = plötzlich = subitement ⁹ elolvad = zergehen = fondre ¹⁰ zokogva = schluchzend = sangloter ¹¹ elenyészik = verschwinden = s'évanouir ¹² földgömb fele = Hälfte des Erdballes = hémisphère ¹³ esemény = Ereignis = événement ¹⁴ üzenet = Benachrichtigung = message ¹⁵ reggel = morgens = matin ¹⁶ iskolai bizonyítvány = Schulzeugnis = certificat scolaire ¹⁷ in Helvetia bonae notae maiores sunt, quam malae ¹⁸ számtan = Rechnen = arithmétique ¹⁹ vajjon . . . vagy nem = ob . . . oder nicht = si . . . ou non ²⁰ kétlábú = zweifüßig = bipède ²¹ kövér = fett, wohlgenährt = gras, gros ²² valószínű számítás = wahrscheinliche Rechnung = calcul probable ²³ mérföld = Meile = lieue ²⁴ kerékpár = Fahrrad = bicyclette ²⁵ találkozni = begegnen = rencontrer ²⁶ kórház = Krankenhaus = hôpital ²⁷ megrajzolására = zu zeichnen = à dessiner ²⁸ labdajátékos = Ballspieler = joueur de balle ²⁹ érdem = Verdienst = mérite

Salse dicta.

1. Cum Sigismundus rex et imperator anno 1414 in concilio Constantino (in urbe Konstanz) hoc verbum: schisma¹ feminino genere dixisset, ab archiepiscopo² Placentino³ ob hoc vitium reprehensus⁴ «Heus, tu — inquit — Placentine, etsi omnibus placeas, mihi non places, quia dicis minus me⁵ habere⁵ auctoritatis, quam Priscum grammaticum,⁶ quem a me⁷ laesum⁷ esse⁷ confirmas. Memento me esse Romanum imperatorem.» Cui archiepiscopus «At grammaticis — inquit — ne imperator quidem imperat.»

2. Simon Rozgonyi episcopus Brespriemensis archiepiscopus Strigoniensis⁸ fieri cupiens vi-
¹ szakadás = Kirchenspaltung = schisme ² érsek = Erzbischof = archévêque ³ urbis Piacenza ⁴ megró = tadeln = reprendre ⁵ hogy nekem van = dass ich . . . habe = que j'ai ⁶ nyelvész = der Sprachgelehrte = grammairien ⁷ hogy én vétettem ellene = dass ich ihn beleidigt habe = que je l'ai offensé ⁸ in urbe Esztergom

Carmina popularia Hungarica. IV.

Latine reddidit *Josephus Tóth dr. Csurgonensis.**Lente et maeste.*

duam⁹ regis Adalberti rogavit, ne tutelam¹⁰ sibi denegaret. At regina «Dum Elisabetha — inquit — regnat, Rozgonyi nunquam fiet archiepiscopus Strigoniensis.» Hungarus ille superbus respondit: «Dum Simon vivet, Elisabetha nunquam regnabit». Uterque¹¹ recte dixit.

Val. Fehér O. S. B. (Zalaapáti)

3. **De philosopho Biante iudice.** Bias, unus ex septem philosophis Graecis olim¹² coactus est hominem nefarium capitis¹³ condemnare.¹³ Cum Bias huic misero fatum lacrimans pronuntiavit, interrogatus est: «Cur lacrimas? In tua potestate est illum condemnare, aut absolvere¹⁴? — «Non», inquit Bias, «lex et iustitia postulant condemnationem, sed natura poscit, ut condemnationem eius lacrimis prosequar.¹⁵»

4. **De caeco¹⁶ homine.** Quidam homo caecus, qui vespere aquam afferre voluit, urceum¹⁷ et lucernam¹⁸ accensam¹⁸ portavit secum. «Eheu, quam utilitatem affert tibi lucerna», dixit ei occurrens,¹⁹ «tu enim caecus es?» «Lucernam non mihi porto, sed ut imprudentes, qualis tu es, moeam, ne me subvertant²⁰ et urceum confringant.»

Rud. Knubels Bp.

5. **Strindberg,** poeta scenicus clarus occurrit¹⁹ aliquando¹² amico suo in via. — Gaudeo, — inquit amicus — quod tibi obvis¹⁹ sum,¹⁹ certe nunc persolvisti²¹ mihi summam, quam a me mutuam²² sumpsisti.²² «Immemor²³ sum²³ mutationis!» — respondit poeta mirans. — «Nudius²⁴ septimus²⁴ fuit, cum accidit, et tum ebrius²⁵ fuisti.» — «Ita est, iam reminiscor, — respondit lente post brevem cogitationem poeta — at illam summam reddidi tibi.» — «Quo tempore?» — «Nudius²⁶ tertius²⁶ fuit, cum tu fuisti ebrius!»

6. **G. B. Shaw,** hospes²⁷ ad familiam illustrem advenit. Filia heri²⁸ statim clavichordio²⁹ canere²⁹ incepit. Diu cecinit iam, mox venit ei in mentem scriptoris, quem interrogavit: — «O antistes,³⁰ tu certe delectaris³¹ arte musicá pulchrá?»

— Vere delector — inquit quiete scriptor maledicus — sed nihilominus pergás.³²

Dr. Jos. Tóth Csurgonensis

⁹ özvegy = Witve = veuve ¹⁰ pártfogás = Gönnerschaft = protection ¹¹ ambo ¹² egykor = einst = une fois ¹³ halálra ítélt = zu Tode verurteilen = condamner à

mort ¹⁴ felmenteni = freisprechen = acquitter ¹⁵ kísérem = begleiten = accompagner ¹⁶ vak = blind = aveugle ¹⁷ kancsó = Krug = cruche ¹⁸ égő lámpa = brennende Lampe = lampe allumée ¹⁹ (találkozni) szembejövő = beegnen = rencontrer, venir en sens inverse ²⁰ feldönt = umstossen = renverser ²¹ megfizet = bezahlen = rendre ²² kölcsön kap = borgen = emprunter ²³ nem emlékszem = sich nicht erinnern = je me rappelle pas ²⁴ ma egy hete = vor 8 Tagen = il y a 8 jours ²⁵ részeg = betrunken = ivre ²⁶ tegnapelőtt = vorgestern = avant-hier ²⁷ vendégként = als Gast = comme invité ²⁸ házigazda = Hausherr = hôte ²⁹ zongorázni = Klavier spielen = jouer du piano ³⁰ mester = Meister = maître ³¹ gyönyörködni = sich ergötzen = jouir ³² folytatni = fortsetzen = continuer

7. **Melius negotium.**¹ Rudyard Kipling clarissimus ille scriptorum Britannicorum in pago² parvo Rottingdean habitabat, unde equariá³ ferratá viá³ utens oppidum propinquum adire solebat. Auriga⁴ currus animos⁶ ceterorum vectorum⁵ ad scriptorem advertere⁶ solebat, quo peregrini toto itinere stupebant⁷, plures etiam appellaverunt eum.

Quae admiratio importuna⁸ domino Kipling molesta erat. Petivit⁹ ab auriga, ne amplius animos populi ad se adverteret. Auriga autem noluit munusculis¹⁰ vectorum renuntiare¹¹ et voluntatem domini Kipling in aures¹² suas¹² non¹² recepit.¹²

Scriptor furore ductus epistulam scripsit possessori equariae ferratae viae rationem¹³ strenuam¹³ petens. Nullum successum¹⁴ habebat. Iterum scripsit, responsum iterum non cepit. Cum tertia quoque epistula frustra missa est, denique ipse adiit possessorem. — «Quantopere beatus factus sum, ut scriptorem nostrum maximum ipsum coram¹⁵ videre possim — dixit ille inter crebras

¹ üzlet, = Geschäft = affaire ² falu = Dorf = village ³ lóvasút = Pferdebahn = tramway à chevaux ⁴ kocsis = Kutscher = cocher ⁵ utas = Passagier = voyageur ⁶ figyelmét, felhívni vkire = aufmerksam machen = faire remarquer ⁷ bámészakodni = anstaunen = regarder bouche bée ⁸ toladokó = zudringlich = importun ⁹ kérte = bat = pria ¹⁰ borraivaló = Trinkgeld = pourboire ¹¹ lemondani = verzichten = renoncer ¹² nem hallgatta meg = hatte keine Ohren für = n'écouta pas ¹³ erélyes intézkedés = energische Verfügung = mesures énergiques ¹⁴ eredmény = Erfolg = succès ¹⁵ személyesen = in eigener Person = en personne

corporis¹⁶ inclinationes¹⁶ — tantopere doleo hoc iam evenisse.¹⁷)

— Quomodo hoc intelligis? — interrogavit Kipling mirans. — «Nam, respondit ille, te adhuc diu epistulas scribentem malim.¹⁸ Haud animo¹⁹ effingere¹⁹ potes, domine, quanto plus pecuniae²⁰ redierit²⁰ mihi ex autographis tuis,²¹ quam ex tota equaria via miserabili!»

Elisabetha Fikár disc. Kaposváriensis.

¹⁶ hajlongás = Bückling = courbettes ¹⁷ hogy megtörtént = dass es geschehen ist = que cela soit arrivé ¹⁸ jobb szeretném ha = es wäre mir lieber wenn = j'aimerais mieux ¹⁹ elképzelnéni = sich einen Begriff machen = s'imaginer ²⁰ jövedelmem folyt be = Einkünfte haben = gagner de l'argent ²¹ vulgo: autogramma

Petrus subridens⁴ respondit: «O vir dilectissime, ille adest, numquam tamen vero cantu ille functus est in vita fidium!»

Hermannus Molenarius


disc. Domus Missionis. Kaatsheuvel. Batavia.

* («Editio emendata»!) Vide «Hellmesberger;» pag 84 num. VI. «Iuventutis» anni praeteriti.

3. **Uhland modestus.** Uhland clarus et magnus poeta Germanorum anno 1853 conventui physico-rom interfuit. In conventu quidam orator poetam laudans celebrabat, sed ille: «Hodie — inquit — dies festus physicorum est, non poetarum!» Homo peregrinus,⁵ qui poetam ipsum non noverat, dixit: «Eicite hinc adolescentulum!» Physici et Uhland magnum cachinnum⁶ sustulerunt.⁶

Stephanus Mező disc. VI. cl. Debrecinensis.

¹ esedezni = anflehen = implorer ² hegedűs voltam = ich sei ein Geiger gewesen = que j'ai été violoniste ³ nyilás = Öffnung = percée ⁴ mosolyog = lächeln = sourire ⁵ idegen = fremd = étranger ⁶ kacagásra fakad = in ein lautes Gelächter ausbrechen = éclater de rire



LECTORIBUS MEDIIS

Varia.

1. **Reginae dens dolet.** Regina Britanniae Elisabetha doloribus dentis cruciabatur. Sed non audebat dentem aegrotum extrahi¹ iubere.¹ Episcopus² Aymler praesens aderat, cum medicus iterum solum remedium³ commendabat, ut dens extraheretur, quod regina denuo recusavit. Nunc dixit episcopus: «Ego iam senex sum et nullo dente carere⁴ possum, sed tamen extrahatur mihi hic». Medicus extraxit dentem et cum regina videret episcopum rem facile ferre et vultum⁵ non⁵ mutare,⁵ pudebat⁶ eam timiditatis suae et assedit actionem⁷ chirurgicam⁷ terribilem perpessura.⁸


Hedviga Glós disc. gymn. Kaposváriensis.

¹ kihúzatni = ziehen lassen = faire arracher ² püspök = Bischof = évêque ³ ellenszer = Mittel = moyen ⁴ nélkülözni = entbehren = être dépourvu ⁵ arcizma sem rándul meg = keine Miene verziehen = sans faire des grimaces ⁶ szégyelni = sich schämen = avoir honte ⁷ vulgo: operatio ⁸ ut pateretur

2. **Carissime Grün.*** Heri in somnis valde mirum quid vidi ego: Stabam ante S. Petrum mortuus. Rogavi eum hoc supplicans: ¹ «Licetne intrare in coelum mihi?» — «In terra vivens quid egisti?» sic interrogat Sanctus. — Respondi tum cantu² quovis modo me² fidium² esse functum.² At concussit caput et declaravit Petrus Senex in coelo mihi locum non esse. Volebam abire iam meditans, quid essem, cum porta adeo aperta est, ut in coelum amplum per foramen³ ego introspicere possem. Primum quem vidi ibi? Nunc quem? Amice, eras tumet! Petrum statim tunc appellavi, intrare in coelum cur me non sineret, rogans, collegam enim meum ibi adesse. —

Iustus van den Vondel 1587—1937.

Batavorum poeta summus fuit Justus Vondelii. Coloniae¹ Agrippinae¹ anno 1587 natus, Amstelodami educatus, laureatus, mortuus est. Amstelodamenses anno elapso² memoriam civis, celeberrimi elegantissime coluerunt: actae sunt fabulae Vondelianae in theatro urbano, monstratae sunt imagines, statuae, libri, epistolae in Museo Fodoriano, divulgati sunt libri et libelli de vita et operibus




J. van den Vondel.

Vondelii. Eius pater ex Belgis Coloniam transgressus mox Amstelodamum, Batavorum emporium³ florentissimum, petivit et anno 1597 civis factus est urbis opulentissimae. Justus filius inter mercatores adolevit et Mercurium⁴ ipse colere statuit. Musae

¹ Köln = Cologné ² praeterito (1937) ³ kereskedelmi gócpont = Handelsstadt = centre commercial ⁴ ut deum commercii

vero Justo favebant. Occasione datā aut sponsis gratulabatur aut lamentabatur de obitu⁵ amici aut natalicia⁶ celebrabat. Sic ascendit *Parnassum* Batavorum.

Saeculo XVII Batavi Hispanorum iugo tandem liberati artes litterasque pro viribus foverunt. Petrus Cornelius *Hooft* praefectus urbis annales scripsit Batavorum stilo Taciteo. Sappho renata est in *Maria Tesselschade* poetria.⁷ *Vossius* et *Barlaeus*, professores clari in Athenaeo Amstelodamensi, antiquitatem restauraverunt et mercatores docuerunt Apollinem et Minervam colere inter divitias a Mercurio et Neptuno donatas. In arce *Muidensi* scriptores illi conederunt et opera opusculaque sua recitaverunt. Focus, scrinia,⁸ libri, arma adhuc in Muidensi castello aetatem auream Vondelianam sive Hooftianam repraesentant. Hinc tot stellae ortae sunt, hinc gloria Bataviae.



Ecce poetae facies picta a Wilelmo Vaillant anno 1660: superciliis⁹ magnis oculi lucidi teguntur, fronte meditantia amplectitur fata et volvit consilia poetica, ore mentoque congaudere et condolere se scire ostentat, collare¹⁰ Hispanicum vestisque multibulla¹¹ signat aetatem. In hortis Vondelianis statua a Ludovico Royer facta poetae memoriam transfert in mentes spectatorum. Quoties equidem salutavi genium Justi et contemplatus sum imagines ab Huberto Kuypers in basi exsculptas! Fabulas biblicas scripsit de Josepho, Mose, Davide, Salomone, Lucifero; patrias sive togatas de Gisberto Amstelodami rege seu duce, de Ursulanis Virginiibus Coloniensibus, de Maria Stuarta. Vertit Graeca et Latina carmina et psalmos in patrium sermonem. Felicem Bataviam, cui per tria saecula lucet Vondelii sol!

Th. Philips Osnabrugensis.

⁶ morte ⁶ születési ünnepség = Geburtsfest = naissance ⁷ költőnő = Dichterin = femme poète ⁸ szekrény = Schrank = armoire ⁹ szemöldök = Augenbrauen = sourcil ¹⁰ gallér = Kragen = faux col ¹¹ sok gombú = vielknöpfig = à beaucoup de boutons

Reddam tibi.

Narratiunculae auctor: *Zs. Harsányi*. Latine enarrat: *Jos. Guelmio* Bp.

In tramine¹ lineae Claudiopolis-Magno-Varadinum fungebatur conductor quidam famosus², qui viatores praecipue Hungaros, quibuscunque ex rebus potuit, molestia³ afficiebat.³ Ab aliis centum

nummis⁴ se corrumpi⁵ sinebat, Hungaros autem minimo calculo quingentis nummis taxabat.⁶ Accidit inter cetera, ut diurnarium,⁷ nomine Csiky, turpiter tractaverit. Excogitavit⁸ acute⁸ — scilicet — abusum⁹ quendam, qui non est, nec fieri potest, neque diurnarius Hungaricus, nomine Csiky, in animo habuit facere, et tum clamore sublato in vectus est in illum, quem in statione proxima descendere iussit, tradiditque praefecto¹⁰ stationis¹⁰ et dum Csiky rem explicabat et purgationem¹¹ sui¹¹ peragebat, tramen profectum est, de quo conductor viatori relicto illudens¹² et ridens valedixit.

Csiky ergo remansit in statione non petita in cogitationibus non pulcherrimis. Post venit ei in mentem vindictae¹³ quoque. Reddam tibi, cogitabat secum.

Et, quam primum potuit, adiit amicum, nomine Udvarhelyi, diurnarium, cui, quid accidisset, enarravit. Diu tractabant, quid faciendum esset, cum denique excogitatum est consilium, quomodo conductor malevolus puniretur.

Erat — scilicet — inter Claudiopolim et Magno-Varadinum praefectus stationis quidam, rustico more, qui sibi subordinatos¹⁴ omnes foedissime tractare solebat. Consilium ceperunt diurnarii, ut in huius praefecti manus incideret conductor ut rem videlicet male gerens, nonnullasque alapas¹⁵ ab eo acciperet. Nam ut praefectus irā motus, alapas illi duceret, talis lex naturae erat, quali lege terra circum solem agi cogitur.

Advenit dies, quo munere fungi hic conductor dicebatur. Tum ambo tramine ascenso alius in alio curru locum occupaverunt, ita ducentes ordinem rerum, ut ante illam stationem, cui praefectus homo ille rusticus erat, conductor eos tesseram¹⁶ peteret.

Ambo diurnarii tesseram¹⁷ gratuitam¹⁷ habebant, sed tesseras inter se amici permutatas in sinu¹⁸ habebant. Hae tesserae imagine¹⁹ luce¹⁹ picta¹⁹ instructae, subscriptae erant et sigillo corroboratae, ne cui dubitandum esset, valerentne²⁰ necne.

Sedebant ergo quiete alius alibi in tramine. Tandem, tempore opportuno, venit conductor cum omnibus altercans²¹ et cum ad diurnarium venit: «Tesseram!» — dixit nobili simplicitate. Csiky, sine motu «Gratuitam habeo» respondit.

— Quicumque id dicere potest, monstra mihi! — clamavit conductor, et suspicari²² coeperat. — Le-

¹ vonat = (Eisenbahn)Zug = train ² hírhedt = berüchtigt = malfamé ³ kellemetlenkedni = belástigen = molester ⁴ in Rumania usitatis et «leu» dictis ⁵ megvesztegetni = bestechen = corrompre ⁶ taksálni = schätzen = taxer ⁷ ujságíró = Tagesschriftsteller = journaliste ⁸ kitalálni = ausklügeln = inventer ⁹ visszaélés = Mißbrauch = abus ¹⁰ állomásfőnök = Stationsvorstand = chef de gare ¹¹ önigazolás = Rechtfertigung = sa justification ¹² gúnyolni = spotten = se moquer ¹³ bosszú = Rache = vengeance ¹⁴ alantas = subaltern = subalterne ¹⁵ pofon = Ohrfeige = gifle ¹⁶ a jegyet = Fahrkarte = billet ¹⁷ szabadjegy = Freikarte = permis de circulation ¹⁸ zseb = Tasche = poche ¹⁹ photographia ²⁰ érvényes = gültig = valable ²¹ civakodni = streiten = se disputer ²² gyanakodni = Verdacht schöpfen = prendre soupçon

ges stricte praescribunt tesseram tradendam esse et melius est loco fabulandi tradere istam. Hoc etiam Hungari scire debent.

— En tibi — tradit ei diurnarius tesseram collegae sui Udvarhelyi.

Conductor accipit et aspicit photographiam. Videt eam non huius hominis esse et iam : «Oh ! — dicit — Tu ideo tam suppressā²³ voce²³ usus es, fraudator ! Sed dabitur tibi, quod meres ! Proxima in statione descendemus ! Novi optime praefectum stationis, non iocabitur tecum, sed docebit te fraudare ita, ut post centum annos memineris illius.» Et voce implet currum et gaudii plenus collocat tesseram in sinu vestimenti²⁴ sui. «Impertiet²⁵ ille tibi tuum ita, ut mälis natus non esse !» clamat et reliquit diurnarium et currum sequentem furiose intrat et tesseram postulas. Et advenit ad Udvarhelyi. Ille, quasi non animadverteret, non movetur. Tum ille :

— Vis fortasse, ut te humillime rogem, digneris mihi tesseram tradere ? Omnes ceteri hęc sciunt, cur ego hęc sim et sine obsecratione tradunt tesseram, sicut praescribitur lege, ruditi²⁶ oculis scintillantibus,²⁷ tu autem, etsi adsto, sinis me stare . . .

Udvarhelyi admirans adspexit illum et : «Gratuitam habeo», dixit et negligenter tradidit eam.

Conductor aperit, videt in photographia vultum alienum. Adspicit iterum hominem (qui quasi nihil animadverteret, regionem spectat) et adspicit iterum photographiam et cum sole lucidius erat hominem alienā tesserā uti et hunc quoque Hungarum esse, clamare cooperat se omnes fraudatores magistratibus legitimis traditurum, esse, et, ut in proxima statione descenderet, imperavit.

Et iam audiebatur sibilus²⁸ machinae, tramen restitit et illi duo : Csiky et Udvarhelyi descendunt et tractatorium²⁹ stationis intraverunt. Comitabatur illos conductor, ne aufugere possent. Et apud praefectum stationis : «En tibi — inquit — domine, duos fraudatores, quos ego falsis tesseris utentes detinui.»³⁰ Quibus dictis duas tesseras deposuit.

Praefectus aspicit viatores. Ambo quieti videntur. Sumit tesseram et primā apertā : I. Csiky, dicit. Csiky se repraesentat.³¹ Praefectus photographiam accurate inspicit. Item et subscriptiones et sigillum. Omnia recta sunt. — Inde statim ad medicum dentium ire potestis, cogitat secum conductor. Si quis novit praefectum, ego certe. — Praefectus alterā tesserā apertā indicat nomen : G. Udvarhelyi. «Ego sum domine, respondet ille.» Et haec quoque tessera ab omni³² vitio³² vacua³² est.

Tum praefectus ad conductorem versus sine ullo verbo alapam ingentem impertit ei, qui ut aequilibrium³³ retinere posset, a sinistrā alteram accepit.

Neque in tramine, neque post ullo modo intelligere potuit, quid accidisset. Sed si diurnarios Hungaricos vidit, ut diabolum³⁴ fugit eos.

²³ halkan = leise = de voix basse ²⁴ kabát = Rock = veston ²⁵ dabit = ²⁶ bömböli = brüllen = hurler ²⁷ szik-rázó = funkeln = étinceler ²⁸ füttyülés = Pfeifen = sifflement ²⁹ iroda = Kanzlei = bureau ³⁰ letartóztatni = verhaften = arrêter ³¹ jelentkezni = sich melden = se



In tractatorio stationis ferroviariae.

présente ³² kifogástalan = tadellos = irréprochable
³³ egyensúly = Gleichgewicht = équilibre ³⁴ ördög = Teufel = diable

Somnia Latronum. (2)

Theatrum Parvulorum.

Scripsit P. Henricus Koehler S. J. in Brasilia.

Scena II-a.

Procedunt 4 latrones.

SERGIUS (*praedonum dux*): Nonne audivistis paulo ante bucinam canentem?

AURELIUS: Equidem audivi.

POMPONIUS: Nec me fugit iste sonus. O bonum cornu, quod nobis, ni fallor, laeta annuntiat!

RUFUS (*magna voce*): Pecuniosum scilicet hominem advenire, qui temperi¹² crumenā¹³ bene nummatā vacuo marsupio¹³ nostro novam vitam infundat.

SERGIUS (*ad Rufum*): Noli tam clarā voce uti! Beatus ille rusticus fortasse non longe a nobis abest. . . (*videns Carolum Magnum*): Hem! quid video? Sine dubio, quem quaerimus, hic est.

AURELIUS: Caute silvam perscrutabor,¹⁴ num solus advenerit.

SERGIUS (*digito indicans cassidem*): Miramini cassidem! Quid vobis videtur?

RUFUS: Pretium villae non modicae capite gestat truncus iste.

POMPONIUS (*Carolo M. pedetentim¹⁵ appropinquans et paulisper eum contemplatus, ad socios revertitur et quae vidit, per digitos enumerat*): cassis aurea, paludamentum regale, pulcherrima bucina venatoria ex ebore, gladius longus et largus e pretiosissimo balteo pendens.

SERGIUS: Optime, sunt quattuor insignia, ita ut suum quisque munus accipiat. Et equidem, utpote qui dux vester sim, cassidem mihi vindico.

¹² épen jókor = zu rechter Zeit = au bon moment ¹³ erzeny = Geldbeutel = bourse ¹⁴ átkutat = durchsuchen = fouiller ¹⁵ óvatosan = vorsichtig = à pas de loup

POMPONIUS : Placet.

RUFUS : Id enim inter nos convenit.

SERGIUS : Scilicet, ut ego primus feram omnium, quaecumque nobis obvenerint.

CAROLUS (*somnians*): Ah! ursus¹⁶ ferocissimus... appropinquat mihi...

SERGIUS (*silentium imponens*): St! silentium tenete! audiamus, de quibus rebus hospes noster somniet.

CAROLUS M. (*somnians*): verū¹⁷ eum transfigam... (*imitatur actionem hominis veru iaculantis*)... ah! vulneratus est... furit... nunc tollit se arrectum... me invadit... gladio eum in frustra¹⁸ concidam (*ter quaterve gestus hominis acie gladii alium caedentis imitatur*)... Adhuc spirat... etiamnunc vivit... tandem eum confodiam¹⁹ (*gestum imitatur eius, qui animal confodit*)... accipe!... accipe etiam hoc!... nunc habet!... vacillat²⁰... cadit... animam efflavit! (*ridet*): ha, ha, hae! (*His dictis Carolus M. aliquantisper placidiore somno fruitur. Parva pausa... auditur respiratio eius, non vero ita, ut tertat.*²¹)

SERGIUS : Est venator, qui sibi videtur iterum videre, quae in venatione ei occurrerunt.

RUFUS : Et est homo robustissimus, nervosissimus, contemplare lacertos!²²

POMPONIUS : Altior, quam quisquam nostrum, gigas potius dicendus, quam vir iustae mensurae. Hic si irascatur, equidem nolim cum eo contendere.

RUFUS : Nempe, ne alapam²³ tibi ducens, calvariam²⁴ tuam confringat.

POMPONIUS : Et tibi, Rufe, in hoc casu verendum est, ne tibi aliquot ex tuis pulchris dentibus excutiat.

SERGIUS : Sed minime intellego, cur tantopere timeatis hominem. Est unus, nos sumus quatuor.

RUFUS : Visne eum statim occidamus, antequam somno solvatur?

SERGIUS : Homo stolidissime! Quoties tibi iam dixi, nostram rationem praedandi non esse in eo, ut homines, praesertim dormientes, interficiamus! Nostrae vitae institutum abhorret a sanguine. Nos beneficia conferimus in divites, cum nimias eorum opes minuimus. Nihilominus, si quis resistens et suas res defendens in periculum nos adducat, vitae eius utique non est parcendum.

AURELIUS (*redit, nescio quid mysteriorum*²⁶ *prae se ferens*): Iuxta locum praeruptum, quem prope hinc abesse non ignoratis, nigrum equum vidi et cervum pulcherrimum, utrumque mortuum. Et equum quidem suspicor esse huius clarissimi viri. Papae!²⁶ quod animal! videtur totum sericis²⁷ contactum. Perincommode accidit, quod iam e vita excessit. O infelices nos, quos²⁸ tam praeclara praeda fefellit!²⁸ Nonnulla tamen consolatione me afficit cervus, qui cras prandio nostro sucosissimum²⁹ assum²⁹ mittet.

SERGIUS : Cervus non evadet: res gravior nunc agitur.³⁰ nempe quid quisque nostrum ex isto luxu cultuque sibi retineat (*digito Carolum M. designans*). Curandum enim est, ne frustra in manus nostras inciderit pinguis hic anser.³¹ (*Ad Pomponium conversus*): Tu, Pomponi, cum plures annos quam ceteri stipendia merueris, primus tuam partem elige.

POMPONIUS (*profunde corpus inclinans*): En iussa, quibus delector! Sumo gladium.

AURELIUS : Quod ad me attinet, hac³² vice³²

praeda opima me non fugiet. Quam elegans incedam, purpureum paludamentum gestans!

RUFUS : Cornu eburneo contentus abibo, dummodo etiam catella³³ aurea, e qua pendet, mihi contingat.

AURELIUS : Rem principem et rem³⁴ accessoriam³⁴ seiungi non debere, per se intelligitur, sicut etiam balteus sequitur gladium.

SERGIUS : Jam tandem aliquando excitemus hospitem nostrum, sed magna cum reverentia. Ego enim, uti non ignoratis, urbanissimus³⁵ sum et ut vos quoque urbanitate utamini, posco. Somnium proponam³⁶ homini, quo me impelli dicam, ut ab eo cassidem poscam. Vos similia somnia proferte. Sed ut ad quemlibet eventum parati simus, gladios stringite. Sunt enim proceres³⁷ non raro omni civilitate destituti et interroganti inhumane respondent. Donec ergo merebit, benigne eum accipiamus. Si vero in mentem ei veniat nos aggredi, illico hic moriatur. Placetne?

OMNES : Placet.

Continuabitur.

¹⁶ medve = Bär = ours ¹⁷ gerely = Wurfspieß = javelot
¹⁸ dirib-darab = Stückchen = en petits morceaux ¹⁹ le-szúr = totstechen = poignarder ²⁰ ingadozik = wanken = chanceler ²¹ hortog = schnarchen = ronfler
²² felsókar = Oberarm = bras ²³ pofon üt = Ohrfeige geben = souffleter ²⁴ koponya = Schädel = crâne
²⁵ titok = Geheimnis = secret ²⁶ teringettét! = potz tausend! = sapristi! ²⁷ selyem = Seide = soie ²⁸ qui non sensimus (vidimus) ²⁹ zsiros peccsenye = saftiger Braten = rôti succulent ³⁰ van szó vmiről = es handelt sich um etw. = il s'agit de qqch. ³¹ lúd = Gans = oie
³² ezúttal = diesmal = cette fois-ci ³³ kis lánc = Kettchen = chaînette ³⁴ tartozék = Zubehör = accessoires
³⁵ udvarias = höflich = poli ³⁶ narrabo ³⁷ nemesek = die Adeligen = gens de qualité

Quibus vinculis historiae humanitatisque¹ ac litterarum¹ Anglia et Hungaria coniungantur?

Latini reddidit *Aem. Láng* Keszthelyensis.

Praeterito anno in Universitate Londinensi cathedra linguae Hungaricae condita est intra professiones² linguarum Orientalis Europae. Lector nominatus est N. Szenczi, quem in Collegio Regio (King's College) de nexu inter duas nationes dissentem Bernardus Pares, rector Collegii liberali alloquio³ compellavit⁴ simulque gubernio Hungarico pro liberalitate, qua novam cathedram erigendam curabat, gratias egit. Lector in oratione⁵ aditali⁵ de nexu politico atque consanguinitatis regiae, de similitudine constitutionum⁶ amborum regnorum, de vi⁷ et utilitate⁷, quas Litterae Anglicae ad Hungaricas habuerant ac de mutuo commercio⁸ duarum nationum locutus est.

¹műveltség és irodalom = Kultur und Literatur = civilisation et littérature ²szakkör (tanszék) = Fach (Lehrstuhl) = section ³beszéd = Ansprache = discours, harangue ⁴üdvözöl = begrüßen = saluer ⁵székfoglaló beszéd = Antrittsrede = discours de réception ⁶alkotmány = Verfassung = constitution ⁷hasznos hatás = nützlicher Einfluss = influence utile ⁸érintkezés = Verkehr = rapport

Nexus politicus ac consanguinitatis duarum nationum ab altiore⁹ initio repetendus¹⁰ esse mihi videtur. Cum Canutus Magnus (Knut), rex Danorum anno MXIV. Britanniam subigeret rerumque duobus annis post potiretur, filii regis devicti **Edmundi Ironsidis** nondum¹¹ adultā¹¹ aetate¹¹, Edmundus fraterque eius Atheling Eduardus in Hungariam confugerunt inque aula¹² regis Sancti Stephani adolescebant. Eduardus postea Agatham filiam S. Stephani in matrimonium duxit. Nubenti filiae rex arcem Réka cum agris circumiacentibus prope Quinque¹³ Ecclesias¹³ in¹⁴ dotem¹⁴ contulit. Qui fundus¹⁵ donaticus¹⁵ in tabulis¹⁶ quibusdam posterioris temporis, terra *Britannorum* nominatur. Ibi nata est anno MXLIV. **Sancta Margaritha**, quae quattuordecim annorum in *Scotiam* pervenit, ubi dein regi **Malcolmo III.** nupsit. Ibidem sub arce Réka in pago ab Turcis exusto dirutoque fuit per vetus fanum, Ecclesia S. Regis, quo aliquando S. Margaritha precatum¹⁷ ibat.

Bela e baronibus Malcomes studio¹⁸ **Alexandri Fest**, quod a. MCMXXXV. in periodico¹⁹ «Budapesti Szemle» prodiit, usus secutusque in Anglia et Scotia archivis²⁰ et bibliothecis diligentissime perscrutatis vitam S. Margarithae conscripsit, quam veram authenticamque²¹ etiam College of Arms sanxit.²² Itaque neptis²³ S. Stephani, regina multi²⁴ nominis²⁴ ac patrona Scotiae, S. Margaritha est vinculum nobilissimum sanguinis inter Angliam et Hungariam. Cum de consanguinitate loquor, neque matrimonium secundum Belae III. regis Hungariae praetereundum esse mihi videtur cum Margaritha, viduā filii Henrici II. a. MCLXXXVI initum.

In idem fere tempus incidit opus cui inscribitur *Gesta Hungarorum*. Auctor Hungaricus anonymus²⁵ verosimiliter Parisiis, cum Universitatem Sorbonnensem frequentabat, legit *Historiam Britonum* Geoffreyi of Monmouth eiusque rationem²⁶ scribendi²⁶ in suo opere secutus esse videtur.

Magna Charta Libertatum (The Great Charter) anno MCCXI. ab Johanne «sine terra» edita, quae est lex fundamentalis Constitutionis Anglicae et



Henricus VIII. (pag. 90).

Bulla Aurea a. MCCXXII. ab Andrea II. publicata, in qua Constitutio S. Stephani restituta et aucta est, iuxta²⁷ aestimantur²⁷. Anno MCCXX. archiepiscopus²⁸ Hungaricus Strigonensis²⁸ sollemnitate celeberrimae ab **Thoma Becket** instituta in urbe Durroverno²⁹ interfuit. Quantam vim³⁰ habuerit ille in patriam redux ad Bullam Auream formandam, nescimus. Id tantum constat ambo

⁹ ősrégi = uralt = d'une haute antiquité ¹⁰ visszamenni vmre = auf etw. zurückgehen = remonter ¹¹ kiskorú = unmündig = mineur ¹² udvar = Hof = cour

¹³ Pécs ¹⁴ nászajándékul = als Mitgift = dot ¹⁵ ajándéktelek = geschenkten Fundus = propriété conféré par donation ¹⁶ okirat = Urkunde = charte ¹⁷ imádkozni = beten = prier ¹⁸ kis tanulmány = kleine Studie = petite étude ¹⁹ folyóirat = Zeitschrift = revue ²⁰ levéltár = Archiv = archives ²¹ hiteles = authentisch = authentique ²² elismer = bestätigen = confirmer ²³ unoka = Enkelin = petite fille ²⁴ nagyhírű = berühmt = célèbre ²⁵ névtelen = anonym = anonyme ²⁶ írásmód = Schreibart = style ²⁷ egyforma értékűnek tart = gleich halten an Wert = considérer de la même valeur ²⁸ esztergomi érsek = Graner Erzbischof = archevêque d'Esztergom ²⁹ Canterbury ³⁰ befolyás = Einfluss = influence



Pons notissimus Londinii.

monumenta³¹ publica inter eosdem fluctus³² civiles³² ab regibus pariter infirmis, qui Ordinibus³³ regni se³⁴ opponentibus³⁴ prementibusque resistere non valerent, lata esse.

Licet stirpe Arpadianā emortuā domus³⁵ principalis³⁵ Anjouensis Plantagenetis affinis regnum³⁶ Hungarorum occupavit, quae tamen affinitas coniunctiones Anglo-Hungaricas non attigit.

Cum Sigismundus, Caesar Germanorum rexque Hungarorum, pacificatione³⁷ inter Angliam ac Galliam frustratā, foedus cum Henrico V. fecit, in comitatu³⁸ eius etiam Gara, palatinus³⁹ Hungarorum aderat. Quae directa cooperatio⁴⁰ politica⁴⁰ diversas gentes privato ac publico hospitio atque commercio⁴¹ miscebat atque studiis Litterarum varie coniunxit. Visiones⁴² Laurentii Tar in Orco,⁴³ ubi scriptor Sigismundum a diabolis⁴⁴ varie excruciatum vidit, non tantum Litteris Hungaricis, sed etiam Hibernicis⁴⁵ adhaerescabant.⁴⁶

Regnante Mathia in Hungaria artes et litterae maxime florebant. Bibliotheca regis magnitudine in Europa tertia ultra quingentos codices (Corvinas dictos) continebat. Eduardus IV. ad regem auctoritate pollentem armisque potentiaque plurimum valentem legatos misit, qui eum ad foedus

contra Galliam ineundum evocarent. Vice⁴⁷ versa⁴⁷ Ludovicus II., rex Hungarorum per legatos ab Henrico VIII. et Cardinali Wolseyley contra Turcas auxilium petivit. Post cladem Mohácsianam relationes Anglo-Hungaricae in⁴⁸ Transsylvaniam transferuntur.⁴⁸ Gabriel Bethlen, princeps Transsylvaniae cum Iacobo (Iames) I. de foedere componendo agebat, quae tamen actio frustrata est.


Finis sequetur.

³¹ okmány = Urkunde = document ³² a politikai élet nyugtalanáságai = Unruhen des politischen Lebens = les vicissitudes de la vie politique ³³ rendek = Landesstände = les états ³⁴ vkvel szembehelyezkedni = jm. entgegentreten = s'opposer à ³⁵ fejedelmi család. = Herrscherfamilie = la famille royale ³⁶ trón = thron = thrône ³⁷ békeközvetítés = Vermittlung des Friedens = médiation de la paix ³⁸ kíséret = Gefolge = suite ³⁹ nádorispán = der Palatin = le palatin ⁴⁰ politikai együttműködés = politische Zusammenwirkung = coopération politique ⁴¹ kereskedelem = Handel = commerce ⁴² látomás = Vision = vision ⁴³ pokol = Hölle = enfer ⁴⁴ ördög = Teufel = diable ⁴⁵ ír (írod.) = irländische (Literatur) = irlandais ⁴⁶ visszhangra talál = Anklang finden = trouver écho ⁴⁷ megfordítva = umgekehrt = en revanche ⁴⁸ áttevődnek = versetzen = se déplacer


Hymni nationales. VI. Hymnus Anglorum.

Scriptis Anonymus. Latine reddidit Otto Schmied Vindobonensis. Ad modos aptavit Henricus Carey.


Moderato.



Rex ca-re, mac-te sis, Rex no-ster no-bi-lis, Rex, macte sis! Sit ti-bi vic-to-ri-a,



Res flo-rens, glo-ri-a, Ut di-u nos re-gas! Rex, mac-te sis!



Suum cuique. «Iuventus» multis in civitatibus lectores habet, qui libenter nuntios recentissimos de sua patria latine scriptos legunt. At moderator ex actis¹ diurnis¹ saepe constituere non potest, qui nuntii singulis civitatibus maioris momenti² sint. Lectores igitur extra Hungariam viventes orantur, ut singulis mensibus moderatorem certiorum de rebus in sua patria gestis faciant. Quomodo hoc fieri possit, demonstrat hic qui sequitur nuntius:

Dux Germaniae in magna oratione, quam sex annis post, quam imperium est adeptus, coram

mundo radiophonice habuit, de Hungaria mentionem fecit his verbis: «Necessitudo, quae nobis cum Hungaris est, cum in experta amicitia est sita tum in communibus curis et mutuā caritate tradita. Germania, ut calamitas³ Hungariae³ quondam³ illata³ sanetur, pro sua parte eniti cum gaudio est conata». O. Schmied Vindobonensis.

Barcelonā captā exercitus nationalistarum brevi totam Catalonia occupavit. Praeses reipublicae Azana cum ministris atque plus 300.000 militum, quia etiam duces et socii sovietici iam in Russiam redierant, in Francogalliam fugerunt. Uti in actis diurnis Amstelodamensibus *Tijd* quidam sacerdos Hispanicus narrat, in urbe Barcelona 150 ecclesiarum⁴ 148 a communistis dirutae sunt, quibus regnantibus sacerdotes missam⁵ non nisi in secreta domo amicorum fidelissimum clam sine vesti-

¹ hírlap = Zeitung = journal ² jelentőség = Bedeutung = importance ³ a. 1919 Hungaria pace imperata Trianonica territorii 71%-am, incolarum 64%-am amisit ⁴ templom = Kirche = église ⁵ misét mond = Messe lesen = dire la messe

mentis liturgicis ceterisque rebus praescriptis celebrare⁵ audebant. Morientibus Corpus Christi (panis cenae sacrae) a mulieribus in horologio⁶ portatili⁶ absconditum afferebatur, quae suspicioni communistarum periculoque vitae minus obiectae⁷ erant. Francogalli humanitate magna tantam multitudinem accipiunt nutriuntque sperantes fore, ut communistis aliisque, quorum crudelitas poenā digna est, exceptis ceteri mox in Hispaniam redeant.


Muhamēdani Chalifatū restituenti causā regem Aegypti *Faud* Chalifum creaverunt. Turcis autem, quorum imperatores⁸ etiam Chalifi multa per saecula fuerunt, res haud placere videtur.

In Russia — sicut statio radio-phonica Vaticana nuntiat — 137 sacerdotes catholici vivunt, quorum 135 in carceribus aut ergastulis⁹ castrensibus⁹ vitam miserimam agunt. Duo reliqui, quia extranei¹⁰ sunt, adhuc libertate fruuntur.

Neville Chamberlain primus ministrorum Britanniae et lord *Halifax* minister rerum exterarum nuper Romae de rebus ad Italiam Britanniamque pertinentibus cum *Mussolinio Duce* deliberantes etiam Summum Pontificem Pium XI adierunt, nam his temporibus — sicut ephemeris ecclesiae Anglicanae *Church Times* scribit — iam etiam in Anglia auctoritas «successoris S. Petri, principis apostolorum» floret. Item Chamberlain invitatus ut pluvial¹¹ ex deliberationibus Monacensibus notum in monstratione¹² pluvialium oppiduli Chignese exponeret, respondit pluvial suum iam tritum neque aptum esse ad monstrandum. In monstratione igitur epistola ministri exposita est.

Res statisticae. Anno 1938 in Palaestina 1635 Arabes, 292 Iudaei, 70 Angli interfecti, vulnerati autem sunt 837 Arabes, 649 Iudaei, 234 Angli. — Damnum materiarum ultimis annis ex rebellionibus, bellis, aliisque causis acceptum a viris Nationum Societatis rerum statisticarum peritis 15.000 milliardorum francorum aestimatur, cum sumptus bellorum Napoleonianarum per 15 annos gestorum 600 milliardos non superant. — Nomen maxime divulgatum non Brown vel Smith est, sed Wang, nam in Sina 150 milliones hominum hoc nomen habent, qui inter se praenomine — sicut in lingua Hungarica — postposito distinguuntur sic: singulae 1½ milliones Sinensium Wang Yi, Wang Ho, Wang Fu etc. appellantur. Praenomina Sinenses ad 100 habent.

Dies anniversarii. *Guilhelmus* II imperator quondam Germaniae potentissimus, nunc exsul privatus 80-um annum vitae principibus praesentibus in villa hospitis sui, Brunonis Döhring in oppidulo Batavo Doorn sita celebravit. — *Paulus Cézanne* pictor Francogalliae clarissimus impressionum (vulgo: impressionista), atque *Daguerre* inventor artis luce pingendi (vulgo: photographicae) ante hos 100 annos nati sunt. — *Petrus Mascagni* auctor musicus Italiae celeberrimus et *Franciscus Herczeg* auctor cum fabularum¹³ Romanensium¹³



Mons Serratus (Montserrat) prope Barcelonam, locus peregrinationum sacrarum, ubi imago Sanctae Virginis antiqua in clastro a. 880 aedificato custoditur

tum scenicarum Hungariae popularissimus annum vitae 75-um celebraverunt. — Poloni autem ministro instructionis publicae *Wojciech Swietoslowski* doctori h. c. universitatis scientiarum technicarum Budapestinensis, cum 30-um annum industriosi¹⁴ laboris¹⁴ explesset, sollemnia gratulatoria gratificati sunt.

Calamitatum inopiā loci duas tantum memoramus. In America incolas Chilenos terrae motus horribilibus perculit. Multa milia hominum ruinis obruebantur. Damnum 150 milliones dollarorum superare dicitur. — Aëroplanum Americanum «Cavalier» procellis in duas partes fractum in mare decidit. Viatorum tres perierunt, ceteri alis aeroplani natantibus nixi decem per horas ventis frigidis obiecti se sustentabant, dum a nautis succurrentibus ex periculo eriperentur.

⁶ zsebóra = Taschenuhr = montre ⁷ kitéve = preisgegeben = livré en proie ⁸ vulgo: Sultan ⁹ kényszermunkatábor = Zwangsarbeitsdienstlager = camp de travaux forcés ¹⁰ külföldi = Ausländer = étranger ¹¹ esernyő = Regenschirm = parapluie ¹² kiállitás = Ausstellung = exposition ¹³ régény = Roman = roman ¹⁴ munkásság = Tätigkeit = activité

LECTORIBUS MAIORIBUS.

Inscriptiones Latinae.

Opera¹ tectoria¹ symbolica vitam spirantia.

Scriptis: —s.

Benedicto Sajghó archiabbate OSB anno MDCCXXXIV aedificatum est conclave seu triclinium (refectorium) archicoenobii S. Martini de S. Monte Pannoniae, in cuius parietibus, vel

¹ vulgo: fresco



Domus motu terrae Chileno dirutae.

rectius in oecis² parvis ad fenestras pertinentibus, partim veris, partim tantum pictis, XIV emblemata, quae dicuntur, inveniuntur inscriptionibus Latinis praedita. Illo tempore — saeculo XVIII-o — talia usu vulgo recepta erant. Qui fuerint pictores et artifices conclave construentes et expolientes, quis ipsa emblemata pinxerit, incertum est; at verisimillimum est — ut vulgo putant hodie — pictorem vel pictores viros quosdam Austriacos clariores fuisse eius aetatis (barocco). Anno MCM opera tectoria a *Teophilo Melicher* restaurata sunt.³

Emblemata eorumque inscriptiones — ut per se intelligitur — incolas archicoenobii, id est monachos imprimis attinent, cum vitae monasterii adiungantur; at certum est imaginibus illis omnes homines omnis aetatis atque nationis quoque meliora doceri posse. Modo hic sensus explicabitur inferius quoque.

Nobis per ianuam in conclave introeuntibus emblemata hoc ordine apparent, si semper ad laevam progredimur:

1. «*Prodigus ad siliquas.*» — Historia (parabola) filii prodigi in Evangeliiis enarrata nobis in imagine depingitur, ut ille miserimus inter suos genu nixus, tristi ore (non est pax impiis!) inter colluviem escam sibi conquirat — significans: animam hominis quoque in declivitate peccatorum adductam magis magisque inferius labi, forte usque ad condiciones rationesque animalium!

2. «*Monstra tolerare laborem.*» — Grues volant in coelo ad solem versus; dux est grus natu maxima iuniores docens, quam minores ordine sequuntur. Grus senior novit viam artemque volandi, firmior est ceteris omnibus, ideo aves post ducem volantes aère iam moto facilius progrediuntur. Etiam nos vestigia ac praecepta virorum a Deo nobis praepositorum sequi debemus fideliter, si ad Solem (Deum) versus progressus facere optemus.

Continuabitur.

² falfülke = Nische = niche ³ Exemplaria nonnullorum emblemata una cum suis inscriptionibus inveniri possunt in opere: «*Symbolographia sive de arte symbolica sermones septem.*» Auctore R. P. Iacobo *Boschio* e Societate Jesu.

Quibus accessit studio et opera eiusdem Sylloge celebriorum symbolorum in quattuor divisa classes sacrorum, heroicorum, ethicorum, et satyricorum bis mille iconismis expressa. Praeter alia totidem ferme symbola ordine suo fusius descripta cum suis rerum, figurarum, et lemmatum indicibus. Augustae Vindelicorum et Dilingae. Apud Ioannem Casparum Bencard. Anno MDCCII.» (Cf. *Récsey*: A pannonthalmi ebédlöterem régi falfestményei és stukkói, *Művészet*, 2, 1903. pag. 247.)

† Adolphus Werner dr.

1867—1939.

Hoc fasciculo iam sub prelum misso radiophonice nuntiatum est provincialem Ordinis Cisterciensis vitā decessisse. Quis est amatorum humanitatis, quin propugnatores omnium idearum pulcherrimarum luceat? Qui cum in priore fasciculo a nobis memoratus esset, amabiliter respondens gratias pro fasciculo accepto egit simulque munere benigno «*Iuventutem*» remunerans declaravit valde se gaudere ephemeridem nostram tot in civitatibus divulgatam legi. His 15 annis, dum Werner abbas Ordini Cisterciensi praeerat, statum scholarum Ordinis multo splendidiorem fecit. Nova gymnasia Budapestini et Albae Regiae et Quinqueecclesiis aedificavit, gymnasium Agriense terrae motu labefactatum in melius restituit, gymnasium autem Bajanum auxit, ecclesias ac aedificia multa aedificavit, ne multa: optime cum de re instructoria, tum de ecclesia ac pontifice meruit, quare ab Summo Pontifice pileolo violaceo et bireto cappaque magna, a Gubernatore nostro maximis gradibus honoris ornatus est. Officio defuncti *Edmundus Bernardini* generalis Ordinis Cisterciensis praefuit primoribus Hungariae praesentibus. Memoria defuncti in cordibus lugentium innumerabilium coletur. Adolphus Werner, et praesidium et dulce decus nostrum, sit tibi terra levis!



Refecturium archicoenobii in Pannonhalma siti.

Studio usuque linguae Latinae

occupantur exemplaria mensium Octobris Novembrisque praeclarae ephemeridis Instituti Studiorum Romanorum, quae inscribitur *Roma*.

Una ex commentationibus apte disserit de *periodicis* quae sermone Latino concinnantur. Praeter *Palaestram Latinam* olim a martyre Hispanico E. Jové redactam et *Almam Romam*, quae abhinc XXV annos prodit, permagni momenti esse dicitur *Iuventus* praecipueque laudatur propter articulos, qui rebus Italiae antiquae modernaeque dicati sunt. *Auxilium Latinum* in America prodiens eandem laudem meretur. Dum *Ephemeris Latina* Cahirana (in Aegypto) minoris est momenti, magnas partes habet in republica litteraria *Societas Latina*, quae a Societate eiusdem nominis Monaci (in Germania) editur. Quod quidem periodicum viros doctos spectat, cetera autem eventus patrios externosque referendo id agunt, ut studium linguae Latinae iuventuti studiosae facilius reddatur.

Ex articulo quodam periodici «*Roma*» cognoscimus de *methodis docendi linguam Latinam* in ephemeridibus paedagogicis Italiae acriter disputari. Sunt, qui institutionem grammaticam neglegi gaudique discendi augeri velint. *Legere, legere* postulant — sperantque fore, ut multum legendo aures textibus assuescant facultasque textus convertendi assidua virium contentione augeatur. Alii *sermonem Latinum* esse exigendum declarant. Multa quidem etiam a subsidiis docendi modernis praecipueque imaginibus adhibendis exspectant, vivam tamen instituendi methodum nonnisi in sermone Latino adhibendo sitam esse putant. Quamobrem magistros sua examina, discipulos autem tentamen maturitatis lingua Latina subire volunt.

In actis diurnis Italicis satis superque disceptatur opus «*Il latino come lingua viva*» auctoribus E. Levi et A. Bini apud Vallecchi nuperrime editum. Libro studia multorum excitanti *dictionarium* rerum recentissimarum praemisum est. Tum *anthologia* amplissima sequitur eorum, qui studiis humanitatis et litterarum dederunt operam inde a Dante usque ad Pascoli et P. Ridosi. Postremo *dialogi* adduntur de rebus maxime variis. Opus propter harmoniam inter conatus novantium resque antiquitus traditas servatam magnopere laudatur.

Pium exemplum praebet boni magistri articulus Iosephi Favaro, professoris anatomiae in Universitate Modenensi. Quippe qui cives academicos in notitia rerum Latinarum conservanda augendaque iuvaturus abhinc decem annos cursum liberum habet *Conversationalis Latinae scientiarum*. Prima parte lectionis Latine disserit de aliqua parte anatomiae vel historiae medicinae, res, quantum potest, ad oculos demonstrans. Vocabulis simplicibus aptissimisque et lente enuntiandis utitur, nonnunquam eandem notionem variis modis explicans. Deinde etiam lectionis auditores, qui ipsi nomina profitentur, de iisdem rebus se invicem Latine interrogare iubet. Studium excita-

turus alio tempore opera Latina medicorum elegantius conscripta recitat interpretaturque discipulis. Qua quidem ratione ad linguam Latinam in commercio internationali scientiarum adhibendam viam muniri illi persuasum est.

Julius Kováts dr. Bp.

Librorum recensio.

Révay József, *Raevius ezredes utazása*. (Raevii tribuni militaris iter). Budapest. 1938. Franklin-Társulat p. 151.

Nos, qui olim gymnasium frequentavimus, si recordamur annorum, quos ibi studiis litterarum Latinarum et Graecarum impenderamus, etiamsi a linguis Latinis et Graecis discendis non abhorruissemus, negare tamen non



Opera tectoria inscriptionibus Latinis explicata (pag. 92).

possimus plerumque bella horrida, res, ut est captus puerorum, civiles nimis obscuras atque perceptu difficillimas taediumque afferentes, orationes captionum et argutiarum refertas legentibus, ne dicam balbutientibus res et homines in torporem et immobilitatem obriguisse visos esse relictoque gymnasio plerisque nostrum antiquitatis sublustrem memoriam et obumbratam imaginem in animo infixam haesisse, neque cum aetate adulta exultiore ac subactiore ingenio in litteras antiquas altius penetravissemus, imaginem illam puerili aetate animo conceptam illustriorem factam esse. Quam igitur semper nos iuvat exstitisse virum aliquem antiquae vitae morumque antiquorum intelligentissimum animorumque antiquorum inquisitorem atque eundem explicatorem ingeniosissimum, qui praeditus vi res clare cernendi et efficaciter repraesentandi res, mores, instituta, actiones quotidianas Romanorum vel Graecorum lucentibus pigmentorum coloribus depinxisset! Quanta voluptate legimus *Theodori Birt* librum «Charakterköpfe Roms» inscriptum! Quis vero infitias irerit *L. Friedlaenderi* «Sittengeschichte Roms» cumulatissimum thesaurum antiquitatum cohibere et continere atque etiam ab imperitis libentissime legi.

Iam vero *Josephus Révay*, cuius fabulam Romanensem nuperrime in hac ephemeride recognoveramus, aliam ac Th. Birt et Ludovicum Friedländer, quos exponendi et exprimendi facultate si non superavit, at certe aequavit,

antiquitates illustrandi atque, ut mea fert opinio, commodiorem nostrisque temporibus accomodatiorem ingressus est viam. Hic enim non satis habuit res ipsas dumtaxat describendo oculis nostris exhibere, sed personam peregrinantis tribuni militaris indutus se in praeterita tempora delatum fingens inter antiquae aetatis homines conversari, in eorum coetu praesens adesse, circulos consectari, theatra ac spectacula obire, plateas, vias, vicos pererrare, cum hominibus sermones serere, turbae plebeiae sese immiscere, ita, ut nos hominem nostrae aetatis in antiquitatem translata cum hominibus antiquae aetatis vitam eorum vivere videamus.

Expositionum, descriptionum, narrationum autem sermo est semper vividus ac vegetus, dilucidus ac significans, comitate blanda, hilari festivitate, facetiis ridiculis, leni irrisione et ironia tinctus. Atque etiam narrationum mobilitatem, agilitatem exaggeraturus ut res praeteritorum temporum in praesentia nostra gestae appareant, saepe alacri utitur diverbio et laeto. Ita fit, ut quae in libris de antiquitatibus Romanis et Graecis congesta et coacervata, ut Lucretii verbis utar velut «corpora succo ieiuna» torpeant, a Iosepho Révay in vigorem vitalem reficiantur.

Ceterum narrantur hoc libro: triumphus et convictus Luculli, Maecenas cerevisiam potans, Baiae venustissimae, convivium Petronii vespertinum, in quo describendo apte Phaedri V. 5. Apulei met. I. 4 adhibentur, veneti et prasini (ludi circenses), Roma caput orbis, iter casuum et miraculorum plenum (Luciani «Verae historiae», quas I. Révay in Hungaricum convertit, in angustum conclusae referuntur) historiae mirabiles (Luciani Philopseudes), lumen Africae (Leptis magna), Euelpistes moritur (medici antiqui), thermarum dedicatio, luscina Aquinci i. e. cantrix (dedicatio novi organi), Sibyllae corpus mortuum viatum (res rarae et varia genera visendorum), reditus (iter a Roma usque in Pannoniam factum). Verum titulis capitum minime arguitur copia rerum ad antiquitates spectantium, quas huius libri auctor per saturam quasi ludibundus in quaque pagina prodige profundit.

Ex his narrationibus, quarum unam partem iam radiophonicè recitatum summa expectatione erecti audivimus, nullus dubito, quin etiam legentes voluptatem eximiam capturi sint, atque librum istum in bibliothecas discipulorum, quibus in lectione scriptorum Latinorum adiuumento iucundo futurus sit, introductum iri certe spero.

Car. Ács, Bp.

Cantus proelium incohantium.

Scripsit *Al. Petőfi*,¹ Latine reddidit *Vincentius Bors Szegedinensis*.

*Tuba sonat ac tympanum,
Manus parat(a) ad proelium.
Pergite!*

*Ensis tinnit, glans sibilat,
Hungaros en id excitat.
Pergite!*

*Tollite sursum vexilla,
Ut videat mundus illa.
Pergite!*

*Videant et legant signum
Libertatis eis inscriptum.
Pergite!*

¹ Poëta in pugna contra Russos cecidit (a. 1849).

*Qui Hungarus est, qui fortis,
Eo currit, ub(i) est hostis.
Pergite!*

*Statim pugnax, ut Hungarus,
Idem volunt is et Deus.
Pergite!*

*Cruenta sub pede tellus,
Commilito est occisus.
Pergite!*

*Praesto me non minus fortem,
Fortiter oppeto mortem.
Pergite!*

*Tametsi decidunt manus,
Quamvis, omnes pereamus,
Pergite!*

*Pereundum si est, eia,
Nos cadamus, ne patria,
Pergite!*

Nova periodica latina.

Lygia. Commentarii Societatis Linguae Latinae Usui Internationali Adaptandae, Ann. 1. Fasc. 1. m. Octobri a. 1938. Aedes moderatoris, prof. dr. Iulii Krzyzanowski Varsoviae = Warszawa, ul. Traugutta 3 m. 5. — Fasciculus 8 paginarum allocutione principis philologorum Poloniae, *Thaddaei Zielinski* «Lecturis, quotquot erunt, salutem!» inscripta aperitur, quam «Praefatiuncula moderatoris» sequitur. Deinde «Dissertatio publica de lingua latina universalis restituenda», quam Idibus Martii anni praeteriti in sede Varsoviensi Instituti Italici Cultus dr. *Ignatius Wieneuski*, societatis supra dictae (a. 1933 conditae) praesidis vicarius habuit, breviter refertur. Tum hexametra cum venustissima tum volubilia carminis, quod inscribitur «Laudes linguae latinae in commercio virorum doctorum totius mundi restaurandae», ab *Rodolpho Nowowiejski* compositi leguntur. «Nuntii recentes» praeter cetera certiores nos faciunt de statione radiophonica Cahirana (in Aegypto), ubi auditiones latinae habentur. «Via directa» linguam latinam docendi a prof. dr. *W. H. D. Rouse* Cantabrigensi ostenditur. «Periodicorum conspectus» auctore *Leone Zawadowski* etiam «Juventuti» memorandae operam dat. Ultimam paginam «Recensio cinematographica» bilinguis et epistolica officialia moderatoris polonice («Komunikaty») scripta occupant. Collegis Polonicis gratulamur de novo periodico et ut faveant Superi his conatibus, toto animo precamur. (Pretium non indicatur.)

Palaestra Latina. Scholaris de Latinitate commentarius Caesar-augustae alternis mensibus editus. Ann. IX. Fasc. I. 1939. Ian. Febr. Pag. 1—16 + Involucrum 4. — Subnotationis pretium in Hispania 10, alibi 12 pesetarum. — Hoc periodicum a *P. Emmanuele Jové C. M. F.* conditum, cum conditor a communistis crudelissime trucidatus esset, (vide «Juventus» 1937 m. Febr. pag. 83) per biennium intermissum est. Nunc tandem Hispania reviviscente novus moderator *J. M. Jiménez C. M. F.*, quondam discipulus Emmanuelis Jové, sicut nuper pollicitus est (vide «Juventus» a. 1938 m. Jun. pag. 156) «Palaestram Latinam» iterum edidit.

Triplex in «Palaestra Latina» distinguitur pars: altera *instituens* seu doctrinalis, in qua articuli penuarii, de re grammatica ac poetica lucubrationes, epistolae aliaeque id genus colliguntur; altera *exercitoria* seu practica, quae exercitationes scholares, translationes seu versiones,

narratiunculas, colloquia in schola etc. capit; tertia denique adnuntiatoria seu informativa, ubi nuntia rerum et librorum ad latinatatem praesertim spectantia per orbem vulgantur.

Sunt etiam carmina (M. López: Laudes in Hispano Martyres) et imagines (e. c. in facie imago summi Hispaniae Ducis Franco) in periodico, magna ex parte bilingui (translatio Hispanica), quod sine dubio celeriter recuperabit veterem in civitatibus linguae Hispanicae popularitatem. Habemus igitur novum socium in certamine pro latinitate, quos amicaliter salutamus. Ad multos annos!

Commercium litterarum.

Epistula ad Societates Ex-alumnorum Scholarum Piarum.

Fratres carissimi!

Pietas, norma et idea pulchra S. Josephi Cal. non est loco notionique alligata. Omnes in Scholis Piis eruditi eiusdem sumus membra familiae; vinculo morum animique ibi conceptorum omnes coniungimur. Qua pietate inducti nos ex-alumni Schol. Piar. Hungariae, regni diminuti Europae Centralis, fratres nostros in orbe terrarum dispersos perquirere conamur.

Societas ex-alumnorum Collegii Budapestinensis S. Josephi Cal. menstruum edit ephemeridem, cui titulus est: «Piarista Öregdiák». Cuius consilium est membra familiae Calasactianae pietate caritateque Christi coniungere. Editores eiusdem ephemeridis cum omnibus societatibus eodem consilio coalitis commercium habere contendunt. Ideoque enixe petimus, ut nobis responsum dare velit.

1. Ut certiores nos faciatis, rogamus de rebus maioris momenti societatis vestrae, scilicet de constitutione, historia, finibus conatibusque eius. 2. Si ephemeridem, fastos (annuarium) vel alia huiusmodi habetis — mittere nobis ex iis velit. 3. Certiores nos facite etiam de loco administrationis (adresse) aliarum societatum ex-alumnorum Schol. Piar., quae in patria vestra inveniuntur. 4. Eligite aliquem e membris vestrae societatis, qui litterarum commercium peragere nobiscum valeat (germanice, gallice vel anglice imprimis vel latine).

Ephemeridem nostram vobis iam misimus et postea quoque mittemus. Ad qualescunque interrogationes vestras maximo cum gaudio responsum reddimus petitionesque vestras prompto animo implebimus. Responsa vestra vehementissime expectantes fraterna Vos caritate salutamus. Budapestinum, IV., Piarista-utca 1.

AENIGMATA

Censor aenigmatum: Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum numeri IV.

1. sol, ora, lac. 2. Mus-sol-in-i. 3. Hungaria, migremus, oboerati, Germania. 4. alea, lea. 5. formica, is, id, est, tot, usu, lacrimo, aquator; fistula, os, mos, CI, adiutor, et, tu, ara, cu, it.

Aenigmata recte dissolverunt: In Hungaria: Stephanus Székely (*Rákóczi*), Guilelmina Haluskay, Márta Beregi, Margaretha Herchl (*Veresianum*), Alexander Fenyves, Rudolphus Geiger, Stephanus Holló, Fratres Pál, Michael Szabó, Robertus Wimmer, Georgius Gonda,

Georgius Gárdos, Guilelmus Greczi, Gabriel Révész, Attila Csik (*Bolyaianum*), Clara Deák (*Theresianum*), Ladislaus Keleti, Egon Rosner, Georgius Lénárd (gymn. *IPEA*), Margaretha Grabits (*Sophianum*) *Budapestinenses*, Stephanus Hatvani, Otto Waldner, Fratres Kovacsics, Stephanus Hatvani, Aloysius Dózsa, Gabriel Szedlmák *Gyöngyösienses*, Iosephus Fejes *Kaposvárienses*, Ioannes Kápolnai *Mezőkövesdienses*, Gabriella Adamkovits, Gabriella Kozsely, Gisela Sikolya, Eva Bartos, Hedviga Markbreit, Renata Schwartz, Editha Borsay, Sara Ember, Irene László, Juditha Matoss, Eva Nemerey, Eva Tóth *Mezőtúrienses*, Maria Varga *Rákospalotana*, Carolus Csertő, Aloysius Csukly, Alexander Kovács, Carolus Lukács, Ludovicus Márkosy, Iosephus Szentendrey, Ervinus Balogh, Iosephus Fonó, Ludovicus Nagy (*Stephanum*) *Albargalenses*. — In Germania: Ervinus Pelouch, Guilelmus Korber, Franciscus Pachler, Maria Rosenkranz, Christ, Ioannes Dvorak, Alfredus Edelmayer, Otto Mayr, E. Müller, Helmutius Weiss, Guilelmus Worel (*Grillparzerianum*), Otto Zlobicky (gymn. *Academicum*), Guilelmus Fieber dr. *Vindobonenses*. — In Batavia: Hermannus Meyer, H. Mulder, Ioannes Rykers, Carolus v. d. Wiel, Alb. v. d. Burgt, W. Steenhof, L. de Kort, Christ. v. Weegberg, W. Wenstedt, Alb. Bleeker, Joannes v. Heugten, Antonius v. d. Valk, Hubertus Gaudelius *Kaatsheuvelenses*. — In Polonia: Leszek Luszowicz *Cracoviensis*.

Praemium sorte Stephano Székely, Margarethae Grabits, Guilelminae Haluskay, Alexandro Fenyves, Carolo Csertő, Gabriellae Adamkovics, Guilelmo Korber, Ottoni Zlobicky, Joanni Rykers, Leszekio Luszowicz, Ladislao Keleti obvenit.

1. Aequatio.

Duo pastores in ripa fluvii cuiusdam oves pascunt. Tum alter alterum appellat his verbis: Si tibi unam ovem dedero, tunc numerus ovium nostrarum aequus erit; sin autem tu mihi unam dederis, mihi bis tantus numerus erit, quantus tibi.

Quis igitur vestrum mihi dicere potest, quot oves uterque pastor habuerit?

Josephus Fejes,
disc. cl. VIII. gymn. Kaposváriensis.

2. Quadratum magicum.

1. 2. 3. 4.

1.					E	E	I	I
2.					O	O	O	R
3.					R	S	S	S
4.					T	T	V	V

1. Est placida haec bestia.
2. Contrarium est: «iubeo».
3. Aestate libens facio.
4. Sit tibi haec faustissima!

O. S.

3. Pyramis.

- | | |
|-------------|----------------------------------|
| 1 | Praenomen quoddam sic notatur. |
| 2 1 | Est forma quaedam copulae, |
| 3 2 1 | Quod nomen saepe usurpatur, |
| 4 3 2 1 | Est belli deus Graeciae. |
| 5 4 3 2 1 | Sunt genii domestici. |
| 6 5 4 3 2 1 | Quod iam pro «splendes» repperi. |


Otto Waldner,
disc. IV. classis gymn. Gyöngyösiensis

4. Logogriphus.

Quo corpore pugnaban (m milites?
Qua re laetantur pueri ac iuvenes?
Has voces facile reppereris,
Si primas litteras mutaveris.

Guilelmus Fieber dr. Vindobonensis

5. Candelabrum.
(Supplendo.)



Ex flammis potes legere,
Quid lucem possit gignere.

Ad libram:

8. Huic voci splendor vox est similis.
9. Pronomen primum personale.
11. Quid tui, dic, est immortale?
13. Sunt tria haec vocabula
Vulgaria pronomina.
15. Quae virtus erat Caesaris.

Ad perpendiculum:


1. «Hoc fecit . . . publico».
2. Quod valet: «aqua imbuo».
3. Infaustos dies sic solemus dicere.
4. Sin fausti erunt, ita facite!
5. Quod «delectum» est «habere».
6. Qui servi antea fuere.
7. Sunt corpora
Caelestia.
9. Coniunctio causalis.
10. Sed haec res est fatalis.
11. Pro «salve» hoc invenio.
12. Adversans est coniunctio.
13. Sic quidam numerus notatur.
14. A castigato sic clamatur.

E consilio *Hermanni Mulder*
(domus missionis Kaatsheuvcl in Batavia).

Nota. Lectoribus minimis: 2, mediis: 1, 3, 4, maiori-
bus 5.

Terminus solutionum ad moderatorem (J. Wagner,
Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20) mittendarum
Calendae Apriles.

Solutiones aenigmatum singulis in scholis a magistro
collectae in eodem involucro epistolae ad moderatorem
mitti possunt. Quem sibi quisque ex libris praemio solu-
tionum dandis elegit (vide pag. 80), scribat ad modera-
torem.



Corrigenda numeri V. (Jan.): pag. 65: pro «typis
expressum» lege: typis expressa.

Libri, quos *J. Révay*, *J. Turóczy-Trostler*, *Cap.-Merten*,
V. Crisi, *Fr. Korpás* ad moderatorem miserunt, ordine
recensebuntur. — *V. Fehér*, *J. Guelmio*, . . . s, *Aur.*
Hets, *Aem. Láng*, *C. Ács*, *O. Schmied*, *V. Gombár*. Scripta
vestra, carissimi collegae, partim iam nunc, partim in
proximis fasciculis publicabuntur. — Joca et cetera
opuscula, quae a discipulis *Alb. Apponyi*, *Em. Rádi*,
O. Waldner, *L. Zander*, *E. Fábrián*, *H. Molenarius*, *St.*
Bihari, *Ag. Kónyi* accepimus, quatenus necesse est, cor-
rigentur et tempore edentur. — *C. Lukács*, *Al. Csukly*,
L. Márkosy. Idem aenigma ter descripsistis, quod si
censori nostro aenigmatico placuerit, publici iuris facere
non omittemus. Alias unusquisque singula sua aenigmata
ad me mittat! — *G. Haluskay*. Tu hungarice scribis,
quae tibi in «Juventute» placeant. At participes certaminis
latine scribere debent. Ephemeris nostra multos lectores
Europaeos numerat in Germania, Batavia, Polonia, Hel-
vetia, sed plus vel minus lectorum fere in omnibus civitati-
bus habemus, quae latinitatem colunt. Etiam is, qui
unum aenigma solvit, sorte favente praemium accipere
potest. — *A. Hülckmann*. Re vera istoc officio, quod in
Batavia novum lectorem nobis acquisivisti, gratiam apud
nos inisti maximam. Cetera autem, de quibus iam iterum
quereris — ut *Homerus* dicit — theón en gunasi keitai. —
L. Luszwicz. Gaudeo audiens te fratremque tuum annos
Juventutis antebellanos quoque nosse. Si quid de rebus
a te memoratis scripseris, libenter publicabo, dummodo
sit iucundius, quod discipulis placeat. — *S. Chr.* Dolendum
est, quod putas «Juventutem» favere illis civitatibus, quae
careant reverentia erga nostram fidem et libertatem
humanam. Quamquam quotidie accipio epistolas undique
gentium, nemo adhuc talem sententiam ostendit. Contra
e. c. *Soror M. Emmanuel* in civitate Americana Ohio haec
scribit: «Existimamus vestram esse ephemeridem multo
optimam earum, quas vidimus. *Juventus* diu florere et
nos omnes erudire pergat, est optatio vestrorum amicorum
in Calvertana.» Spero fore, ut «Juventutem» attente legens
sententiam mutes. Vale!

Sumptibus Societatis Magistrorum Catholico-
rum Mediarum Scholarum. — A *Katolikus*
Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)